

via postum, ad quod impingens cadit, aut laeditur, secundum illud Ps. 139. Juxta iter scandalum posuerunt mihi translationem tamen a re corporali ad spirituales facta, passim a Sacris Scripturis usurpatur pro spirituali offendendo. Dicitur *Deum, vel factum*, quia cogitatio, vel concupiscentia mali, cum in corde laetetur, non proponitur alteri, ut obex disponat ad ruinam, adeoque non est scandalum. Actus quidem interno committi potest peccatum scandalum, si quis ita fit animo comparatus, ut velit alicui peccandi occasionem praebere; nunquam tamen reversa scandalum alteri praebere, nisi verbo, aut exemplo alterum trahat ad peccatum.

Dicitur *minus reatum*, non quod superetur ab alio in re, citudine; sed quod habet aliquem reatum defectum, vel quia secundum se minus est; vel quia speciem habet mali; sicut cum aliquis recumbit in idolo, id est, in loco, ubi comeduntur carnes idolis immolatas. Quamvis enim id per se peccatum non sit, si prava intentione non fiat; quia tamen speciem quandam habet mali, vel similitudinem venerationis idolis, potest alteri praebere occasionem ruinae. Et ideo Apostolus 1. ad Thes. 5. ait: *Ab omni specie mali abstinete vos*. Dicitur itaque *minus reatum*, ut scandalum non complectatur tam illa, quae per se peccata sunt, quam quae nihil speciem aliquam habent.

De Homicidio.

Dicitur *minus reatum*, non causam ruinae. Quia nihil potest esse homini sufficiens causa peccati, quod est spiritualis ruina, nisi propria voluntas; & ideo dicta, vel facta alterius hominis possunt esse solum causa imperfecta aliquo modo inducens ad ruinam.

Hanc scandali definitionem tradit, & explicat S. Th. 2. 2. q. 43. a. 1. Non multum distat, immo eadem est quoad sensum cum illa Tertulliani Lib. De Virginitate velandis, c. 3. Scandalum, inquit, non bona res, sed malae exemplum est adificans ad delictum.

III. Scandalum aliud *Activum*, aliud *Passivum* est. Activum scandali notionem jam explicui. Passivum est spiritualis ruina proximi, ex alterius verbis, aut factis velut ex occasione nata.

Activum aliud *per se*, aliud *per accidens* est. *Per se*, cum aliquis verbo, vel facto pravo intendit alterum ad peccatum pertrahere, vel etiam ipse hoc non intendat, tale tamen factum est, quod per se inducat ad peccandum: puta, cum aliquis publice peccatum committere non veretur, vel aliquid facere, quod habet similitudinem peccati. Scandalum *per accidens* est, quando & prae intentionem operantis, & prae conditionem operis, aliquis male affectus ad peccandum inducitur ex alterius opere, puta, cum aliquis videt bonis. Illud autem minus proprie scandalum vocatur.

Passivum, aliud est *Datum*, aliud *Acceptum*. Datum est, quod ex alterius verbis, vel factis vere oritur, & scandalum infirmorum vulgo vocatur, de quo Christus, Matth. 18. ait: *Quicumque scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expeditur, ut suspendatur mala astra in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Ne munda a scandalis. Necessum est enim, ut veniant scandala, & occurrant una homini illi, per quem scandalum venit. Scandalum acceptum est ruina, non ex alterius verbis, aut factis, sed ex illius, qui in peccatum impingit, malicia orta, & Pharisaeum appellatur, de quo rogatus Christus a Discipulis, Matth. 18. Scis, quia Pharisaei auctores verbi, hoc scandalizati sunt? Respondit: Omnis planctio, quam non plantavit Pater meus Caelstis, eradicabitur, & omnes, qui in his verbis, & duces eorum. Hanc scandali divisionem ex S. Basilio in Regulis brevioribus, Interrogatione 64. accipere Theologi.*

Viri perfecti.

IV. Viri perfecti nec scandalum aliis praebent, nec scandalum patiuntur, quando a iustitia non excidunt. Scandalum aliis praebent nemini, quia omnia verba sua, factaque ad praecipue cautionem adhibent in his, in quibus non solum ipsi offendunt, sed etiam aliis offensionem parent. Et si quidem in eorum manifestis dictis, vel factis aliquid modestationis hujus desit, hoc provenit ex infirmitate humana, secundum quam a perfectione deficient: sed quia non ita deficient, ut multum ab ordinae rationis recedant, sed modicum, & leviter, & ex hoc peccandi occasio ab illo sumi jure merito non potest. Ita docet S. Th. loco mox indicato, art. 6. ubi et in Responsione ad tertium ait: *Peccata venialia perfectorum praecipue consistunt in subitis motibus, qui cum sint occulti, scandalizari non possunt. Si quo vero etiam in exterioribus dictis, vel factis venialia peccata committant, tam leviter sunt, ut de scandalizandi virtutem non habeant.*

De Homicidio.

Nec etiam scandalum patiuntur viri perfecti. Scandalum enim passivum (inquit S. Th. art. 5.) commotio quaedam est animi, quae divellitur a bono. Nullus autem commovetur, qui rei immobilitate firmiter inharet. Cum itaque viri perfecti soli Deo inhaerent, quia immutabiliter bonitas est; pravae aliorum verbis, vel factis non moventur, nec a sua refectione recedunt, secundum illud Psal. 124. *Qui consistunt in Domino, sicut Mons Sion, non commovebuntur in aeternum, qui habitant in Jerusalem. Et ideo, in his, qui perfecti Deo adherent per amorem, scandalum non invenitur, secundum illud Psal. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam;**

et non est illis scandalum. Unde cum Christus Dominus Petro dixit, scandalum mihi es: Scandalum quidem usurpavit, prout latiori quadam significatione quodvis impedimentum, nus designat. Nitebatur scilicet Petrus propositum Salvatoris nostri impedire circa Passionem subeundam. Ceterum viros perfectos scandalum non pati, confirmat S. Hier. in c. 18. S. Matthaei, *Qui scandalizatur, inquit, parvulus est. Majores enim scandala non recipiunt.* Non minus tamen mala aliorum verba, vel facta, quae infirmis scandalum praebent, averfantur, & improbanda.

ARTICULUS IV.

Regula Moralis Christiana circa quantum Praeceptum.

REGULA PRIMA.

Omnis, qui sine ulla legitima Potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est.

Ipsius S. Augustini verbis Epist. 104. alias 61. concepta haec Regula est. Et Epist. 44. alias 163. ad Eleusium, ait, De Novo Testamento ostendi non posse, quod iustus passum inter faceret aliquem, sed tamen illud probari posse ipso exemplo Domini sceleratos ab innocensibus suis coheros. Et Epist. 47. alias 154. ad Publilianum: De occidendo, inquit, hominum non ab eis, qui suam occidunt, non mihi placet consistere, nisi forte si Miles, aut publica functione tenentur, ut non posse hoc facere, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi tamen ipse est, accepta legitima potestate: si quis contra tenentur. Non congruit autem persona Clericorum, vel Monachorum, de quibus Sententiam, Ext. Ne Clerici, vel Monachi, &c. scriptum est: Sententiam sanguinis nullus Clericus dicit, nisi proferat; sed ne sanguinis vindictam exerceat: vel ubi exerceatur, inter se. Alioquin fit irregularis, seu incapax, qui factum Ministerium obest. Et Lib. 1. De Civ. Dei, c. 21. idem S. Augustinus ait: *His exceptis, quos aut lege iusta generaliter, aut sibi iustitia Deus specialiter occidit jubet, qui quis hominem occiderit, homicidii criminis invehitur.* Et c. 26. Miles cum obediens Potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla sua civitate lege reus est homicidii. Immo nisi fecerit, reus est imperii contempti: quod si sua sponte, a quo auctoritate fecisset, in crimine offensus humani sanguinis incidisset. Merito igitur ab Alexandro III. Pontifice Maximo die 24. Septembris anni 1166. damnata est haec Propositio ordine 19. Non peccat Maritus occidens uxorem auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.

Hanc & Clerus Gallicanus anno 1700. hac Sententia confirmavit: *Hae Propositio est erronea, crudeliter, privantique vindictam approbat.*

Leges quidem Civiles maritum, qui uxorem in flagranti adulterio crimine deprehensam occidit, ut homicidam non puniant: sed *Religio in hoc non est adstricta legibus humanis, ut iudicet eum sine reatu poena aeterna, vel poena Ecclesiastica iudicio infligenda, ex hoc, quod est sine reatu poena infligenda per iudicium saeculare.* Et ideo in nullo casu licet viro interficere uxorem propria auctoritate inquit S. Th. in 4. Sentent. dist. 37. q. 2. art. 1.

REGULA II.

Homicidii rei sunt, qui Tyrannum quemlibet privatum auctoritate occidunt: patricios suos, si iustitiam sine illius, sine subditi.

Cujuslibet enim hominis, etiam publici malefactoris caedes privatis hominibus divina Leges prohibent, & tum generaliter Praecepto de dilectione proximi, tum singulari Praecepto, *Non occides*: tum verbis illis Christi, Matth. 26. 62. *Omnes, qui acciperint gladium, gladium peribunt.* Subditi vero divino jure tenentur obedire Principibus, ac Dominis suis, quamvis saevis, improbis, & tyrannicis, ut docet S. Petrus Epist. 1. cap. 1. *Deum timeat, inquit, Regem honorificetis. Servi subditi estote in omni timore Domini, non tantum dominis, & modestis, sed etiam ascedis.*

Hanc Regulam confirmat Conc. Constantiense, Sessio 15. ubi Propositum illud, *Quilibet Tyrannus, &c.* ab Episcopo Parisiensi, & Inquisitoribus, ac Sacrae Facultatis Theologiae Doctoribus in Consilium Fidei vocatis praedamnatum, vel haereticum merito confirmat. Praecipua sollicitudine volens haec Sacrosancta Synodus ad extirpationem errorum, & haeresum in diversis mundi partibus invalenscentium providere, sicut tenetur, & ad hoc collecta est: *super acceptis, quod nonnulla Assertiones erroneae in fide, & bonis moribus, ac multipliciter scandalosa, & contraque Respublicam, & ordinem subvertentes meliores, dignitate sunt, inter quos haec Assertio delata est: Quilibet Tyrannus potest, & debet iudicium, & merito occidit: per quemcumque iustitiam suam, vel subditi, etiam per calculares infidias, & subditi blanditas, vel adulationem, non obstante quocumque praestito iuramento, seu consideratione facti cum eo, non expectata Sententia, vel Mandato iudicis consueverunt.* Adversus hanc errorem satagens haec Sancta Synodus insurgens,

Seculus sub principibus conjuratum.

De Homicidio.

De Homicidio.

De Homicidio.

De Homicidio.

De Homicidio.

De Homicidio.

Exal. 29.

Concilio Constantiensi de materia.

De Homicidio.

De Homicidio.

De Homicidio.

gere, & ipsum sanctius tollere, probabilitate deliberatione manura, declarant, decernit, & definit hujusmodi doctrinam errorem esse in fide, & in moribus, ipsamque tanquam hereticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendaciam, praedicationes, perjuriam vias dantem reprobata, & condemnat. Declarat insuper, decernit, & definit, quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes, sunt Haeretici, & tanquam heretici iuxta Canonice Sanctiones puniendi. De obligatione servandi fidem Principibus supremis, ac Regibus debita ab eorum subditis, ac iuramentis ipsis praestitum vinculo, necnon de federe subditorum in ipsos conjuratum Censuris Ecclesiasticis coercendo, & vindicando; lege Concilii Tolet. 4. anno 634. celebrati Canonem septuagessimum quintum; Toletani 5. anno 636. Canones 4. 5. & 637. Toletani 6. anno 638. Canones 14. 17. 18. Toletani 7. anno 652. Canonem primum; Toletani 10. Canonem 2. Toletani 12. anno 681. Canonem primum; Toletani 16. anno 693. Canonem novum, Parisiensis sexti, anno 829. P. 2. cap. 8. Concilii apud Lauricum in Pago Andegavensi anno 43. cap. 2. & Concilii Engleheimensis anno 948. Canonem primum; Oxoniensis anno 1222. Canonem 2. Legitur praeterea Venerabilis Geronis Cancellarii Parisiensis Tractatus, & Sermo De Erroribus circa Fidem, & Praeceptum, Non occides.

REGULA III.

Damnationem aeternam incurvunt, quicumque sibi ipsi violentiam manus inferunt.

Si enim rei sunt homicidii, qui proximum occidunt; multo magis rei sunt, qui occidunt seipsum, cum nemo sit homini propinquior se ipso, seque ipsam diligere magis debeat, quam alterum. Hinc Laetantius, Lib. 3. c. 18. scribit: *Sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus, ita rursus ex hoc domicilio corpore, quod videntur nobis assignatum est, ejusdem passu recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, & vitam habitarum, donec habeat emitti: est vis aliqua instrata, aqua mente id ferendum est, cum extincta innocens anima multa esse non possit, habemus in quo vindictam magnum, cui soli vindicta integro semper est.*

Et S. Aug. Lib. De Patientia, c. 13. Donatillorum impatiens arguens, sibi manus inferentium quando a Catholicis querebantur, sed inuenerunt, inquit, qui sibi ingerunt mortem, quando queruntur ad vitam; & sibi ascenderunt praesentem, & aeternam. Qui si ad Christum negantem, vel aliquem contra iustitiam faciendum, sicut veri Martyres, cogitentur, omnia potius patienter ferre, quam sibi impatienter mortem inferre debeant.

Ecce 3. Si parricida & homicida est, quam quilibet homicidam, quia non tantum hominem, verum etiam propinquum necesse: inquit iste parricidii, quoque propinquorem quisque peremerit, tanto iudicatur immoior: sine dubio peior est, qui se occidit; quidem est homini se ipso propinquior.

Idem Tract. 51. in Joannis Evangelium haec verba Christi: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam non custodit eam, explicans, Vide, inquit, ne tibi subrepat, ut te ipsum velis interire, si intelligendo, quod debet cursum in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni, & aequo perverfi, & in seipsum crudeliores, & sceleratiores homicidae, flammis se donant, & aquis profecant, praecipitio collidunt, & percutiunt. Hoc Christus non docuit, immo etiam Diabolus praecipitio suggerens respondit: Redi retro Satanas, scriptum est enim. Non tentabis Dominum Deum tuam. Petro autem dixit, significans quae morte gloriaturus erat Deum, cum esse junior, cingebis te: & ibis, quo volebas: cum autem fenueris, alter te cinget, & ferec, quo tu non vis. Ubi fasces expressit, non a se ipso, sed ab alio debere occidit, qui vestigia sequitur Christi. Leges & Epistolam 204. alias 61. ad Dulcitium Tribunum.*

Idem Lib. 1. De Civitate Dei, c. 20. Neque enim, inquit, fuerit in sanatis Canonice Libris nusquam, nobis divinitus praecipitum, permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipsentis immortaliatis, vel ullius carendi, & evadendae mali causa, nobismetipsa necem inferamus. Nam quod prohibita nec esse intelligendum est, ubi Lex ait: Non occides. Praesertim, quia non addidit, Proximum tuum: sicut falsum testimonium cum vetas & falsum, inquit, & testimonium non dices adversus proximum tuum. Nec ideo tamen si adversus se ipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc crimine separaverit alienum. Quoniam regulam adigenas proximum a se-metipso dicitur accepit: quod quidem scriptum est, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Porro si falsi testimonii non minus reus est, qui de se ipso falsum fatetur, quam si adversus proximum hoc faceret: cum id eo Praecepto, quo falsum testimonium prohibetur, adversus proximum prohibetur, aduersus se ipsum quisque falsum testis non esse prohibetur, ut intelligendum est, non licere homini se ipsum occidere, cum nec ipse sitque cui praecipitur, intelligatur exceptus?

Et c. 24. Quis ergo tam malus error obrepit, ut homo se occidat, vel quia in eum peccavit, vel ne in eum peccet inimicus. Alex. Theol. Tom. II.

micus, cum vel peccatorum, vel peccatorum ipsam occideret non audeat inimicum?

Cap. 25. probat, non licere se ipsum occidere, ne libidini hostili subditum corpus illecebrosissima voluptate animi allicit ad consentiendum peccato. Si detestabile facinus, inquit, & damnabile scelus est, etiam se ipsum hominem occidere, sicut veritas manifeste proclamant, qui ita despicit, ut dicat: Jam nunc peccemus, ne postea forte peccemus, jam nunc perpetremus homicidium, ne forte postea occidamus in adulterium? Nonne sit tantum dominatur iniquitas, ut non innocens, sed potius peccata eligantur, factus est incertum de futuro adulterium, quam certum de praesenti homicidium? Nonne fatius est flagitium committere, quod puniendo sanatur, quam tale facinus ubi locus salutis patientia non relinquitur? Haec dixi propter eos, vel eos, quae non alieni, sed proprii peccati deviantis causa, ne sub alterius libidine etiam excitate, sus forte consentiant, vim sibi, qua moriantur, inferendam putant. Ceterum alibi a Monte Christiana, quae Deo suo fidei, in eoque suo posita, eius adiutorio nititur, abste, inquit, ut mens tuiis cupiditate carnis voluptatis ad consensum impudens eatis. Quod si illa concupiscentia, inobedientia, quae abducit in membris moribundis habitat praeter nostra voluntatis legem, quasi lege sua movetur: quanto magis absque culpa est in corpore consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?

Cap. denique 26. diluit objectionem ex Sanctarum quarundam exemplis petitam, quae ut insectatos fere pudicitiae devitarent, tempore persecutionis, in raptum, atque neccatum se flumen proiecerunt, eoque modo defunctae sunt, quantum Martyria in Catholica Ecclesia veneratione celebrantur frequentantur. Quo Martyrij genere obejant P. Agniti, & Mater Iudaea s. S. Ambrosii, Lib. 3. De Virginitate, & Epist. ad Simplicianum. De his (inquit S. Aug.) nihil temere audeo iudicare. Utrum enim Ecclesiae aliquis fide dignis testimonio, ut eorum Memoriam sic honorat, Divina persulerit Auctoritas, necesse est fieri potest, ut ita sit. Quia si enim hoc fecerunt non dumtaxat accepta, sed divinitus iusta, nec errantes, sed obedientes: Sicut ad Sanctorum alium nobis fas non est credere. Cum autem Deus jubet, leges sapere sine illis ambagibus intimit, qui obedientiam in crimine vocat? Quis obsequium pietatis accuset? Sed non ideo sine fectere facit, qui quis Deo immolare filium decreverit, hoc Abraham etiam laudabiliter fecit. Qui ergo audit, non licere se occidere, faciat, si iuste, cuius non licet iussa contemnere. Tantummodo videat: utrum divina iussio nullo modo incerto. Non per aeternam conscientiam convenimus, oculorum nobis iudicium non usurpamus. Nemo fit, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Hoc dicitur, hoc asserimus, hoc mox omnibus approbamus. Neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo multas temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipse incipiat habere gravissimum proprium, quem non pollucbar alienum: neminem propter sua peccata praerita, propter quae magis hac vita optus est, ut possit puniendum sanari: neminem velut desiderio vitae melioris, quae post mortem speratur; quia reos sui mortis melior post mortem vita non suscipit.

Hanc Regulam confirmat S. Th. 2. 2. q. 64. a. 5. Satis scilicet occidere, inquit, est omnino illicitum iustitiae ratione. Primo quidem, quia quilibet rei naturaliter se ipsum amat, & ad hoc pertinet, quod conservat se in esse, & conservandis resistit, quantum potest. Et ideo quilibet se ipsum occidit, est contra inclinationem naturalem, & contra caritatem, quae quilibet debet se ipsum diligere. Et ideo si quis se ipsum occidit semper est peccatum mortale, in parte contra naturalem legem, & contra caritatem existentem. Secundo, quia quilibet homo est pars communitatis, unde in hoc, quod se ipsum interficit, injuriam communitati facit. Tertio, quia vita est quoddam donum divinitus homini attributum, & ejus potestati subiectum, qui occidit, & vivere facit. Et ideo si quis se ipsum occidit, in Deum peccat: sicut, qui alienum servum interficit, peccat in dominum, cuius est servus: sicut peccat ille, qui usurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis, & vitae, secundum illud Dicit. 32. Ego occidam, & ego vivere faciam.

Nec facinus sulfragatur exemplum Razia, 2. Machab. 14. cujus facinus narratum est, non laudatum, & iudicandum potius quam imitandum, quasi ante oculos constitutum: non sine nostro iudicio iudicandum, quod nos quoque, ut homines habere possemus, sed iudicio doctrinae fobrie, quae in ipsis Scripturis Sacris expressa est. Longe quippe fuit a verbis illis, *Omne, quod tibi applicatum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, Eccl. 2. 4. Non ergo fuit iste vir eligenda mortis sapientis, sed ferenda humilitatis impatienti.* Scripsum est, quod voluerit Nobilitate, & viriliter morti, fed nunquid idem sapienter? Nobilitate scilicet, ne libertatem sui generis captivus amitteret: viriliter autem, quod tantis vires animi haberet, quibus idoneus esset, ut se ipse periret, quod gladio cum implere non posset, de muro se praecipitem dedit, & sic adhuc vivus abruptam occurrit ad peram, argue ibi jam exanguis, intestina sua productis: quae utraque manu dispersa impingebat in populum, ac deinde postea defessus occubuit.

De Homicidio.

1. Cor. 11.

culbit. Magna haec sunt, nec tamen bona. Non enim bonum est omne, quod magnum est, quoniam sunt magna etiam mala. Deus dixit, Innocentem, & iustum non occides. Si ergo iste innocens, & iustus non fuit, cur proponitur imitandus? Si autem innocens, & iustus fuit, quare interfector innocens, & iustus, id est ipse Raza, insuper paratur esse laudandus? Inquit S. Aug. Epist. 204. alias 61. ad Dilectum Tribunalum. Nec etiam eisdem fuitur gratia exemplam, quod non aliter excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quod latenter Spiritus Sanctus hoc iusserat, qui per illum Miracula faciebat: ut respondet S. Aug. Lib. 1. De Civitate Dei, cap. 21. Idemque de Sanctis quibusdam feminis dicendum est, quae vel sibi ipsas mortem procurarunt, vel se ipsas mutilarunt, ne ab hostibus Christiani Nominis violarentur. Id enim Spiritus Sancti impulsu pariter ipsas fecisse pie creditur: & haec exempla suscipienda, non imitanda sunt. *Ne vilem praecipra, dum passim fecerunt exempla: (ut loquitur S. Aug. Lib. Contra Manducium, cap. 9.)*

Nec denique illis suffragatur Canon, *Non est nostrum, Causa 23, qu. 5, qui ex S. Hieronymo in c. 1. Iona Prophetae sumptus est, cuius haec sunt verba: In persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur. Haec enim verba, absque eo, in sensu inclusivo intelligenda sunt, id est, etiam dum castitas periclitatur; quemadmodum illud Cantico 6. Absque oculis tuis, ut oculorum quoque pulchritudo cum externo decore designatur.*

REGULA IV.

Homicidii rei non sunt, qui vitam suam pro Dei honore, vel Republica utilitate, ubi illa necessitas postulat, certo periculo exponunt.

Cum enim Deum super omnia diligere teneamur, & Republicae partes, & membra sumus; debet autem quodlibet membrum pro totius conservatione se periculo exponere, nemo se ipsum devovere, certoque vitae discrimine exponere non tenetur pro Dei honore, & Republicae utilitate. Quomodo asatus, vel Militibus navibus licet injecto igne in pulverem tormentarium navim comburere, & naufragii periculo se exponere, si extra navim comburendam positi sint, & spes aliqua superesse evadendi. Tunc enim sibi ipsos mortem afferre non deprecantur, sed se ipsos morti ab hostibus inferenda eripere, atque impedire, ne capta navi hostium vires augeantur. At in navi manentibus ignem ad movere non licet, vel in mare ad certum exitum se demergere; alioquin suicidii rei essent. Nec etiam se ipsos occidere censendi sunt Milites, qui ad evitanda hostium propugnacula ignem in pulverem tormentarium injiciunt: qui hostiles muros, aut turres primi confendunt, etiam non iusti, quia mortem sibi procurare non intendunt, sed periculo se exponere pro utilitate Republicae minime dubitant. Sic Eleazar ephraemum, cuius in dorso superextrema turri lignea Rex Antiochus inclusus putabatur, segregasse, suspensum se ei, & occidit eum, ab eoque oppressus est, non fut necem, sed Populi sui liberationem sibi proponens: de quo 1. Machab. 6. scriptum est: *Dei se, ut liberaret Populum suum, & acquireret sibi nomen aeternum. Hunc miteri praedicat S. Ambrosius Lib. 1. De Officiis Ministrorum, cap. 49. Quanta, inquit, virtus animi! Primo, ut mortem non timeret: deinde ut circumfusis legibus inimicorum, in conspectu rapere hostes, modicum generaret agmen, & conscripta morte ferocior, ab ipso clypeo utraque manu vulnerata molem hostis iuraret, ac sustineret: post infra ipsam succederet, quo pleniori serives idem, cuius ruina inclusus magis quam oppressus, suo est spulsum triumpho. Nec se sibi opinio virum, quamvis regis scellerit habitus: tanto enim virtutis spectaculo desisti hostes, in membra occupatum incurfare non ausi, post casum ruentis hostis se trepidaverunt, ut impares se omnes animas virtutis arbitarentur. Denique Rex Antiochus... unius terribis fortitudine, pacem rogare. Itaque Eleazarus heredem virtutis sua pacem reliquit.*

REGULA V.

Suicidii reus est, qui damnatus ut fame pereat, cibum ecclesiae sibi appetitum non comedit, vel damnatus ut canone extinguatur, venenum sibi propinatum sumis.

Quamvis enim Reus sententiam in se iuste latam patitur, quia Qui resistit Potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistit, ipse sibi damnationem acquiritur: proindeque iudicium, aut iustitiae Ministris vim inferre non potest, vel ea facere, ex quibus mors per se, immediatè, ac necessario sequitur. Ita docet S. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. in Responsione ad secundam Objectionem. Nullus, inquit, ita condemnatur, quod ipse sibi inferat mortem, sed quod ipse mortem patitur. Et ideo non tenetur facere id, unde mors sequatur: quod est manere in loco, unde ducatur ad mortem. Tenetur ta-

men non resistere agenti, quin perlatum, quod iustum est eum pati. Sicut etiam si aliquis sit condemnatus, ut fame moriatur, non peccat, si cibum sibi occulte ministratum sumat, quia non sumere, esse se ipsum occidere. Idem confirmat art. 6. q. 33. ubi ait: Si aliquis in artium necessitate constitutus, habere solum unde possit sustentari, & sibi sibi, vel alii ad eum pertinere: de hoc enim necessario elemosinam dare, est sibi, & suis vitam subtrahere. Sed hoc dico, nisi forte talis casus immineret, ubi subtrahenda sibi daret aliquid magno periculo pro quam Ecclesia vel Republica sustentaretur: quia pro tali persona liberatione se ipsum, & suis laudabiliter periculo mortis exponeret; cum bonum commune sit proprio preferendum.

REGULA VI.

Suicidii rei sunt, qui per crapulam, ebrietatem, vel concenam libidinem, aut alias animi perturbaciones seipsos occidunt.

Ita perspicua Regula est, ut probatione non egat. Hanc nihilominus Sacra Scriptura confirmat auctoritas, Ecclesiastici cap. 31. 30. 33. Multos exterminavit vinum. Quae vita est ei, qui manetur vino? quid desiderat vitam? Mori. Ecce 37. 33. 34. In multis estis eris infirmus. Propter crapulam multo morietur: qui autem abstinentia est, adicitur vitam Prov. 17. 22. Animus gaudens gaudens floridam facit: spiritus tristis efficitur aeccl. 30. 25. Multos occidit tristitia, & non est utilis in illa. ad Cor. c. 7. 10. Saeculi tristitia mortem operatur. Eccl. 30. 26. Zelus, & iracundia minuit dies, & ante tempus senectutem adducit cogitatus. Et Prov. 24. 30. Vita carnis, sanitas cordis: Putredo ossium, invidia.

REGULA VII.

A peccato non sunt immunes, qui studiorum, laborum, iustitiarum, vigiliarum, aliarumque corporis mortificationum immoderatione se conficiunt.

Peccant enim contra Caritatem, quae seipsos, corporaque suum diligere propter Deum, & secundum Deum debent. Mandati divini memores: Dilige proximum tuum, sicut te ipsum. Apostolice item Sententiae, ad Ephes. 5. 29. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovit eam. Et ad Rom. 1. 20. Non deservire opus Dei. Quamvis enim Vir Christianus corpus suum caligare debeat, & in servitum redigere; ne caro perulans ad verus spiritum ita concupiscat, ut ipsum pertrahat ad servitum legi peccati quamvis debeat mortificationem Jesu in corpore suo circumferre: quamvis blandiri sibi ipsi non debeat: tamen timere, ne seipsum, quod animabus, corporibusque curandis salubriter institutum est, ne Medicinam persumat, & in Ecclesiam verbi utat) suae necesse valetudini: Prudentia tamen Christiana, sine qua non est vera pietas ad omnia utilis, & promissionem habens vita, quae tunc est, & futura. Rudia, labores, jejunia, vigiliae, ceteraque corporis mortificationes moderari debet, ut caligante corpore, demeter caro, non destruat; ut ad servitum Deo promittit fit homo, & alacritate, non ut importans ad officia sui status obedienda reddatur: ut animus a vitis purgatus, & pravaum cupiditatum vinculis expeditus, & liber ad Deum erigatur, non ut fastidientis, & oppressi corporis pondere praegravetur, ac deprimatur: ut parcat corpori, non peccato in corpore inhabitanti, sive concupiscentiae, cuius domanda, coercenda, & subicienda legi mentis necessitas regula mortificationum, & suavitatum esse debet, usque adeo, ut S. Aug. Lib. 6. ad versum Julianum, cap. 15. de homine Christiano corpus suum castigante scribat: Nonne membra eius membra sunt utique templi Dei? Cur ergo non suavitatem, sed pudorem templi tui; aut invitat presentiam, aut importat misericordiam, aut lacrimas ius? Nihilne mali castigar, domat, vincit, opprimit in templo Dei, etiam litore, & pudore ipsius templi Dei? Nonne attendit, nonne perspicit, quomodo vehementer corpus suum persequatur, si nihil sibi persequatur, quod displicet Deo? Frustra persequendo templum eius facit injuriam magno Deo? Scimus tamen, quod non eo solum nomine mortificare corpus suum Christiani debent, sed etiam ut focii passionum Christi fiant, certi, quod si computantur, & congelificabuntur, sed modus in his servandus est a prudentia Spiritus praefertus, & Patris spiritualis, seu conscientiae Moderatoris, vel Superioris lumen, & arbitrium potius quam privatus spiritus, propriae voluntas sequenda. Unde S. Benedictus, 49. Regulae suae, ubi Fratres suos hortatur, ut Quadregesimali Tempore aliquid ad solitas austeritates adiciant, & unusquisque super mensuram sibi indicita aliquid propria voluntate, cum gaudio sancti Spiritus offerat Deo: id est, subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de securitate: libidini, hoc ipsum tamen, quod unusquisque offerat. Abbati suo suggerat, & cum ejus praerogative, & voluntate: quia quod sine permissione Patris spiritualis sit, praesumptioni deputabitur, & vana gloria, non mercedi.

Hinc S. Bernardus, Serm. 3. De Circumfusione: Illis, inquit, qui ad hanc devotionis gratiam perveniunt, unum

videtur referre periculum, & omnino imendum eis a Demone maridano. Ipse enim Satanas transigurat se in Angelum lucis. Hoc ergo simendum est, qui tanta delectatione omnia facit; ne dum sequitur affectionem, corpus delectat per immoderatam exercitationem, ac deinde necesse habet non sine magno spiritualis exercitii detrimento, circa debilitati caram corporis occupari. Ergo ne inturbar, qui currit, illuminari necesse est lumine discretivum, quae mater virtutum est, & consummatio perfectionis. Haec nimium docet, Ne quid nimis; aquae haec est solutio, in qua circumciditur sicut; quia discretio vero circumcidit, in quo plus, nec minus fiat. Nam & qui nimis est, fructum boni operis abscondit, non circumcidit: sicut, qui tepidus est, minus facit. At vero, quia omnino rara ista vis est in terris, hujus discretivum locum in vobis, Fratres, suppleat virtus obedientiae, ut nihil plus, nihil minus, nihil aliter quam imperatum sit, faciat.

Hanc Regulam ante S. Bern. tradiderat S. Greg. Magn. Lib. 30. Moralium c. 14. Sic necesse est, inquit, ut artem quisque continentiae tenent, quatenus non carnem, sed aeterna carnis occidat. Nam adjuvorem quoque habemus intentionis interna bene hominem, quem exteriori gestamus; & ipsi insunt motus lasciviae, ipsi effectus appetitus operativus bona. Sape vero dum in illo hostem inssequimur, etiam eorum quem diligimus, trucidamus, & saepe dum quasi concipi parcamus, ad praebitum hostem numeramus. Eisdem namque alimentis vitia superbiunt, quibus nutrita virtutes vivunt. Et cum virtus aliter plerumque vires vitii augetur: Cum vero immensa continentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est, ut interior homo nosse aquas quidam arbitri praeficiat inter se, & cum quem exterior gestat: quatenus si homo suus exterior, semper ad debium ministerium servitute sufficit, & nunquam superbe libera cervicis contrahat. Nec moveat, si quid suggerere submurmurat, dummodo cum semper interposita calce dominationis premar. Sicque sit, ut dum repressa vitia renitit quidem nobis patimur, & tamen hac nobiscum congrati ex aqua prohibemus, nec vitia contra virtutem prevalent, nec rursus virtus cum vitiorum omnimoda extinctione succumbat.

Eandem Regulam confirmat Guillelmus Abbas S. Theodorici in Tract. de Vita Solitaria ad Fratres de Monte Dei, cum Operibus S. Bernardi edito, c. 11. Sunt (inquit) & alia corporis exercitia, in quibus necesse est corpus laborare, sicut sunt vigiliae, jejunia, & alia hujusmodi, quae spiritualia non impediunt, sed juvant, si cum ratione discretivum fiat, quae si ex indifferencia vitio se agunt, ut vel deficiente spiritu, vel languente corpore spiritualia impediunt, qui se est, corpori suo talis boni operis effectum, spiritus affectum, proprio exemplum, Deo honorem. Sacilegitus est, & horum omnium in Deum reus. Non quod secundum Apostoli sensum non videatur humanum etiam hoc, & non debeat, & iustum non sit capere aliquando dolere in servitio Dei, quod olim saepe ille ad dolorem laboravit in vanitate saeculi, sicut venter molis ad aruginem, qui saepe repletus est usque ad vomitum, sed motus in omnibus habendus est. Affigendum est corpus aliquando, sed non contendum. Nam Corporalis exercitio ad modicum quidem valet, & pietas ad omnia utilis est, propter quod & ad modicum, hoc est, non in concupiscentiis, sed tamen cura carnis, habenda est.

S. Bern. se ipsum accusat, quod corpus suum jejuniis, & vigiliis immodice conficit, telis est Guillelmus Abbas in ejus Vita, Lib. 1. c. 8. Erit (inquit) nimis, si forsan excessit, quid cum excusare nitimur, in quo non confunditur accusare se ipsum, quod servitum Dei, & Fratrum abstulerit corpus suum, dum indifferens fervore imbecille, ac bene inutile redidit?

Hanc Regulam praeclearo confirmat ratiocinio S. Tb. Quodlibeto 5. qu. 9. art. 2. Aliter, inquit, est iudicandum de fine, aliter de his, quae sunt ad finem. Illud enim, quod quaritur tanquam finis, absque mensura querendum est: in his autem, quae sunt ad finem, est adhibenda mensura secundum proportionem ad finem: sicut Medicus sanitatem, quae est finis ejus, facit quantumcumque potest majorem, sed adhibet medicinam, secundum quod convenit ad sanitatem faciendam. Est ergo considerandum, quid in spirituali vita dilectio Dei est sicut finis: jejunia autem, & vigiliae, & alia exercitia corporalia non queruntur tanquam finis, quia sicut dicitur ad Rom. 14. Non est regnum Dei esca, & potus: sed adhibentur tanquam necessaria ad finem, id est, ad demandat concupiscentias carnis, secundum illud Apostoli, ad Cor. 9. Castigo corpus meum, & in servitum redigo, &c. Erit ideo hujusmodi sunt adhibenda cum quadam mensura rationis, ut scilicet concupiscentia devitetur, & natura non extinguatur, secundum illud ad Rom. 12. Exhibite corpora vestra hostiam viventem: & postea subdit: rationabile obsequium vestrum. Si vero aliquis in tantum virtutum naturam debilitet per jejunia, & vigiliae, & alia hujusmodi, quod non sufficit ad opera egregia, puta, praedicare, predicare, Doctor docere, Cantor cantare, & sic de aliis) absque dubio peccat: sicut etiam peccat vir, qui nimia abstinentia se impotentem reddat ad debium uxori reddendum. Id confirmat ex com. Non medicus, dist. 5. De Consecratione, sub nomine S. Hieronymi, citato, cuius haec sunt verba: De rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia

egestate, vel somni penuria immoderate corpus affigit. Et iterum: Rationalis hominis dignitatem amittit, qui jejuniis Caritati, vigiliis sensus integritati praestat.

Sed tamen carnis mortificatio, castigatio corporis prudens, & temperata a Christiano intermitteri non debet, qui se peccatorem semper agnoscat, & profitetur necesse est, & nulli rei nisi Poenitentiae natum: quia quamvis iustus sit, semper tamen ex aliqua parte est peccator, ideoque femper generes & corpus caligare debet, ac emendare, sed in misericordia. Qua de re praeclearo S. Aug. Enarratione in Pl. 40. Humilia cor tuum, contere cor tuum, crucia cor tuum, & tu te ipsum emendabis in misericordia. Non enim odisti te, cum savis in te. Eris in parte emendandus iustus, quamvis sis adhuc in emendanda peccator. Ex qua parte enim tibi displicet, injustus es: ex qua tibi displicet in te, quod injustus es, iustus est. Vis videre quam iustus sit hoc in te tibi displicet, quod & Deo: iam conjuncti te voluntati Dei, & in te ipso, non quod ille facit, sed quod ille edit, odisti. Ex eo, quod odisti in te, quod fecisti, quod edit & ille, qui hoc non fecit, capisti in te esse peccatorem, erit ille misericors: porce, quia tu non pepercisti... Quomodo, inquit, & quid ad dam parte iustus, ex quadam parte peccator? Audi illud apostolo: Condelector (inquit) Legi Dei secundum interiore rem hominem. Ecce iustus, unde ergo peccator? Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & cido. capivum me ducentem in lege peccati. Adhuc bellum adversus me gero, nondum sum totus instauratus ad imaginem Fabricatoris mei, capivi respici, & ex ea parte qui reformor, displicet mihi, quod a se me est. Ergo quomodo ita sum, quid spero? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Gratia Dei, quae capivi jam respicere, Gratia Dei, quae infundit suavitatem, ut jam per interiore hominem condelecter legi Dei: inde cetera sanabuntur, unde & ista sanata sunt. Erge, adhuc vulneratus, castiga te, displicet tibi. Non sic pugno (inquit) quasi aere cadens, sed castigo corpus meum, & in servitum redigo, ne forte alius predicans ipse reprobus inveniat. Nuncquid, qui castigat corpus, odit corpus? Si quis castigat servum, odit servum? Si quis verberat filium, odit filium? Et ut aliquid conjunctus loquamur, carnis tanquam conjux tua est. Hoc ipse Apostolus dicit, Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Tum in alio loco i. Cor. 7.

REGULA VIII.

Qui vitam suam defendens, alterum occidit, Poenitentia subiciendus est, & si Clericus sit, ad Altaris Ministerio est arandus, donec ipse dispensatio Sedis Apostolica Auctoritate concessa fuerit.

Vix enim contingit, ut debitam moderationem servet, ut aggressorem ita impetu sbrepus, occidere non intendat, adeoque ut homicidii reus non sit in foro conscientiae. Quod a Poenitentiaris Sacerdotibus diligenter examinandum, & pro gravitate culpa, & circumstantiis omnibus iudicanda, Poenitentia hujusmodi erga ipsam esse Conc. Trid. Decretum sess. 14. De Reform. cap. 7. Si vero, inquit, homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrum Ordinem, & Altaris Ministerium, & Beneficia quacunque, ac Dignitates iure quomodocumque dispensatio daturatur, committatur laei Ordinario, aut ex causa Metropolitana, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.

Hanc Regulam confirmat Cononiamensis Episcopus, deinde Turonensis Archiepiscopus, Epist. 60. ad Episcopum Carnotensem. Sicut (inquit) Parvitate meam vestra docuit pagina, cum latro quidam portitorem praesentem Sacerdotem invaderet, & panis ejus lance perforatis cum vellet occidere: Sacerdos latronem lapide percussit, & vitus ipsius percussione, & occasione latro mortuus esse putatur. Pro quo scilicet delicto jam per septennium ab Officio Dominicae Mensae praesentis vestra eundem Suspendit Sacerdotem. Sane super hoc dignitatis meae quare Consilium, nisi fallor, & id ad vestram referri inquisitionem? Si Sacerdoti ad sacrum licet exercere officium, quod ei medicinaliter abstulisti. Confite-

De Homicidio.

De Homicidio.

De Homicidio.

REGULA XXVI.

Incarcerare aliquem, vel qualitercunque detinere, est illicitum, nisi fiat secundum ordinem iustitiae, aut in poenam, aut ad cautelam alicuius mali vitandi.

Ipsis s. Thoma verbis concepta Regula est, 2. 2. q. 65. art. 3. Qui alias aliquem incarcerat, ligat, aut vi detinet, lethalis peccati reus est. Gravem quippe injuriam graevae nocumentum infert proximo, quem motu, & usu libero membrorum suorum privat. Desinere igitur hominem ad horam ab aliquo opere illicito facimur perpetrando cuiuslibet licet sicut cum aliquis detinet aliquem, ne se precipiet, vel ne alium seriat. Sed simpliciter aliquem includere, vel ligare, ad eum solum pertinet, qui habet disponente universitate de actibus, & vita alterius; quia per hoc impeditur non solum a malis faciendis, sed etiam a bonis agendis (inquit s. Thoms.) Parentibus tamen, & dominis licet per aliquod tempus domi recludere, & detinere filios, & filias, servos, & ancillas, tum ut corrigantur, tum ut a malo, quod conceperunt, abstineant, maxime si velint in honeste vivere, aut ludis, comestionibus, libidine bona dilapidare: verum illos incarcerare iure non possunt: prius enim illud medium est ad emendationem, quam curare tenentur parentes, & domini: posterior vero in eadem ad punitionem iudicant, vel ad commune Reipublicae bonum, ideoque solum pertinet ad Potestatem publicam.

REGULA XXVII.

Qui aliquem occidit, mutilavit, vulneravit, aut verberavit, nisi ad restitutionem tenetur.

Quisquis enim dampnum intulit proximo, illud rescire tenetur pro viribus, & satisficere, vel compensare, ut iustitiae ratio postulat. Quamvis ergo homini occiso visus, mutilato membrorum integritas, vulnerato finis ab eo, qui occidit, mutilavit, aut vulneravit, restitui non possit. Debet tamen fieri compensatio, qualis possibilis est, vel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione utriusque personae. Secundum arbitrium boni viri (inquit s. Th. 2. 2. q. 62. art. 2. in responsione ad primam objectionem.) Idemque colligitur ex S. Augustino Lib. 1. Cur Deus homo, cap. 11. Sicut, inquit, qui laedit salutem alterius, non sufficit, si salutem restituit, nisi pro illa a doloris injuria recompensetur aliquid: ita qui honorem alicuius violat, non sufficit honorem reddere: si non pecuniam exoneratorem suum meliorat, aliquid quod placeat illi, quem exonoravit, restituat.

Pro damnis etiam relictibus ex alicuius caede iniusta, mutilatione, aut violatione consecutis, necesse expensis factis in Medicos, lucrato cessante, damnicis tempore emergentibus, restitutio necesse est scienda est: ratione quidem homicidii, hereditibus defuncti, qui a testamentum repelli non possunt, scilicet filius, parentibus, uxori: quibus alimenta, & sustentationem honestam, spectata iurum conditione, debet interferri. Et interfectus id ipse erat praestiturus, nec non compensationem damnorum omnium ex morte illius emergentium, ex prudentum arbitrio. Ratione autem mutilationis, aut gravis lesione restitutio fieri debet illi, qui mutilatus, aut vulneratus est, aut aliqui ejus hereditibus necessarius, ac legitimus, damnorum omnium emergentium, & totius laeri cessantis: si quis, v. gr. brachium abscidit artificis, debet illi restituere quicquid artificis quo lucratus esset. Quod virorum prudentum iudicio aestimandum est, & spectata aetate, valitudine, viribus, industria, incertitudine vitae, operam, aut conditionis ejus, qui occisus, aut mutilatus est, ex quibus lucrum argeri contingit, vel minus. Nihil autem restitui necessario debet ratione solius deformitatis, aut cicatricum, nec ratione damni ex deformitate consecuti restitutio necessario scienda est: si, ver. g. deformitas in puella vultu manens ex verberibus, qui refectur, ne ita commode, & honeste colloctetur. Illa constat ex c. 1. De Injuriis, & Damno dato, & ex L. ultima, de his, qui offendant, vel delinquant, in Digestis. Rationem cur solus deformitatis ratione nihil restitui ex necessitate debeat, Lex tradit: Quia liberum corpus nullam recipit restitutionem.

Nec vero a restitutionis onere sunt liberi, qui pena corporali a iudice damnati sunt, cum pena restitutio damnorum a pena distinguitur: nec remittatur peccatum, nisi restitutum ablatum, si restitui potest, nisi restitutorum eorum indemnitas, qui laesi sunt, vel hereditum necessarium, & legitimorum indictione multae, qua refectur, & compensatur quicquid ipsorum civitatis interest.

Si tamen is, qui occisus, mutilatus, aut laesus est, alium est aggressus, aut uterque libenter in certamen descendit: nulla est restitutionis obligatio, quia in priori casu aggressor, in altero uterque consensit reus, quia quod habuisset exigendi satisfactionem aliquam, aut restitutionem.

De homicidio, & vitiis.

Matth. 23.

Eccle. 30. 21.

De homicidio, & vitiis.

ginitate, & Epist. 87. ad Simplicianum: idem Sanctus Ambrosius Lib. De Viduis, c. 13. Sicut, inquit, qui ultimus locupletatus fuit culpa compescere. De quibus est nostrum volumus proferre sententiam, quamvis sint Statuta Majorum, considerent tamen, ne qui id ad professionem infirmitatis trahat, non ad similitudinis gloriam. Ergo nemo militet, ne aliquando vincatur: nec pedis utatur obsequio, qui graduali periculum reformidat: nec oculi invidiam officio, qui concupiscentia timet lapsum. Sed quid prodes carnem abscindere, cum eriam culpa sit in ipso aspectu? Nam qui viderit mulierem ad concupiscendum jam merchatus est eam in corde suo. Castus ergo, non infirmus nos esse conveit: pudicos oculos habere, non debiles. Nemo igitur, ut plerique arbitrantur, debet se abscindere, sed magis vivere, videtur enim recipit Ecclesia, non victor. His concordat s. Hier. Epist. 65. Valefianus Harecticus S. Epiphanius eo nomine infectatur, Harefi 58. quod violentam hanc executionem non in se ipsos tantum, sed etiam in peregrinos adhibere consueverunt. S. Aug. Calligonum Valentiniani J. Imperatoris Eunuchum in poenam suae falicitatis capite multatum fuisse refert Lib. 6. Contra Julianum cap. 14. ut vel hinc dicamus, executionem non esse idoneam vitandae incontinentiae remedium: Calligonum, inquit, Valentiniani Junioris Eunuchum, gladio nevimus ultore punimus, meretricis confessione convictum. Neque enim in Libro Ecclesiastico adhiberetur similitudo, atque diceretur: Videns oculis, & ingemiscens, quasi spado completens virginem, & suspirans, vixit & ipse moveretur concupiscentia carnalis affectibus, licet destituti carnis effectibus. Improbatur ab Ecclesia fuit Origenis facinus, qui se ipsum vitandae incontinentiae causa exciecit, zela quidem Dei, sed non secundum scientiam, ut loquitur s. Hier. Epist. 65. Apollonem nomine inscriptis Canonibus a Clero arcentur, qui se abscinderent. Can. 23. Si quis abscidit semetipsum, non fiat Clericus: quia sui ipsius homicida est, & Dei officii inimicus. Can. 23. Si quis, cum Clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino dampnetur: quia suus est homicida. His consonat Nicenus Can. 1. Si quis, inquit, a Medicis propter languores defecit, aut a Barbaris abscisus, hic in Clero permaneat. Si quis autem se ipsum sanus absciderit, hunc & in Clero constitutum abscindere convenit, & deinceps nullum habere saluum pro-mo-vi. Sicut autem hoc clarere, quod de his, qui hanc rem assiderunt, videtur semetipsum abscindere, dicitur sit sic eos, quos aut Barbari, aut Domini castraverunt, si inveniantur alias signis, sicut, sicut ad Clerum suscipit Regula.

REGULA XXV.

In quintum Decalogi Praeceptum lethaliter peccat, qui alium sibi non subditum graviter verberat, immo parentes, praecipuos, & dominos, qui cum disciplina causis verberant filios, discipulos, vel servos, modum correptionis excedunt.

Quinto enim Decalogi Praecepto nocumentum omne prohibetur, quod proximo corpori inferri potest. Verberatio porro nocumentum inferri corpori, cum dolore sensum afficit. Cum igitur nocumentum inferre nemini liceat, nisi per modum poenae, propter justitiam: nullus vero iure puniat alterum, nisi sit ius jurisdictioni subditus: Ideo verberare aliquem non licet, nisi haec ratio possitatem aliquam super illum, qui verberatur. Et quia filius subditur potestati patris, & servus potestati domini, licite potest verberare patrem suum, & dominus servum causa correptionis, & disciplina. Unde Pr. 13. scriptum est: Qui dicit virgulae discipulum suum. Et Eccle. 23. Serve malum volu tortur. 23. compedes. Prohibet tamen Apollolus ad Ephesios 6. Ne patres ad iracundiam provocent filios suos, id est, Ne immoderate eos affligant verberibus. Dominus item jubet, ut servus suis remittat minas, quod dupliciter intelligi potest; primo, Ut remississimus utatur, quod pertinet ad moderationem disciplinae; secundo, Ut aliqui non semper implent, quod comminatus est: quod pertinet ad hoc, quod iudicium, quo quis comminatus est poenam, quandoque per remissionem misericordiam temperetur. Verba sunt s. Thoms. 2. 2. quaest. 65. art. 11.

Quod autem lethaliter peccat parentes, praecipuos, domini, qui in verberibus indignis modum iusta correptionis excedunt, aut ex ira praecipuos, & impotentis motu, vel odio, & vindictae libidine filios, discipulos, servos, aut ancillas immoderate verberant, reusque filii homicidii, si ex indignis verberibus illos morti contingat, constat ex Conc. Illiberitani cap. 5. Si quis, inquit, domina furore zeli accensus, flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam eum evasit, si voluntate, post septem annis si casu, per quingue annorum tempora, acta legitima Paenitentia, ad Communionem placuit admitti. Quod Concilium Evromontensis cap. 37. & Moguntini can. 22. confirmatum est. Concilium item Eponense can. 34. Si quis, inquit, servum propterea sine conscientia iudicis occiderit, Excommunicatio bionni effusionem sanguinis expiabit. Et Concilium Agathense can. 62. Si quis servum propterea sine conscientia iudicis occiderit, Excommunicatione, vel Paenitentia bionni tenum sanguinis emendabit.

ARTICULUS V.

Regula circa Scandalum.

REGULA PRIMA.

Scandalum activum, si sit per accidens, quandoque veniale, quandoque mortale peccatum est.

Veniale quidem peccatum est, cum aliquis, vel actum veniale peccat, vel actum, qui non est secundum se peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua levi indiscretione committit. Mortale peccatum est, cum aliquis committit actum peccati mortalis, vel contemnit salutem proximi, ut si pro ea conservanda non pretermitat facere, quod sibi libuerit. Ita docet s. Th. 2. 2. qu. 43. art. 4.

REGULA II.

Scandalum activum per se, lethale ut plurimum peccatum est, interdum tamen veniale.

Ita docet s. Th. ibid. Si scandalum activum sit per se, inquit, peccat, cum intendit inducere alium ad peccandum, si quidem intendat inducere ad peccatum mortale est peccatum mortale: & similiter si intendat inducere proximum ad peccatum veniale per actum peccati mortalis. Si vero intendat inducere proximum ad peccatum veniale per actum peccati veniale, est peccatum veniale. Ceterum etiam scandalum activum sit quandoque veniale duntaxat peccatum speculati levitate miterit, vel imperfectione actus non plane delibit: ex genere tamen hoc lethale peccatum est ut colligitur ex Christi Domini, & Apostoli ejus verbis, Matth. 18. Ne homini illi, per quem scandalum venit. Ad Rom. 14. Si propter cibum frater tuus constetur, jam non secundum caritatem amabatur. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est, ad Corinth. 8. Sic autem peccantes in fratre, & pervertentes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Gravissimum esse peccatum nemo dubitabit, quod describit s. Bernardus Serm. 72. De Divitiis, haec verba Psal. primi explicans, Beatus vir, qui non abieit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra potentia non sedet. Sedes (inquit) qui docet exemplo suo faciens peccare alios. Cathedra est haec, & quatuor pedibus subsistit. Primus pedis est malitia, secundus contemptus Dei, tertius irreverentia, quareus avaritia. Malitia est amare malum, & saporem mali habere, & malum, quia malum est, diligere, sicut facit Diabolus, & nonnulli inquit. Sed quia sit aliquando, ut tales timeant Deum non timore bono, sed ne incurrant vel dampnum rerum, vel corporis cruciatum: ut amplexus sunt mali, contemnant & ipsum Deum, & sit scandalus per contemptum Dei. Item post se, ut malum amarent, Deum contemnerent, sed inhiberet eos pudor hominum, cum quibus habitant: ideo ad augmentum mali sequitur tertius pedis irreverentia, ut nec Deum timeant, nec homines reverentur. Ad consummationem vero malicia adeest quartus pedis avaritia, ut sciant in tribus praedictis, miscentes esse venenum, & mellis acetum. Eminens pars cathedra, cui sedens inharet, est potentia. Si enim potens est, qui praedicta habet, tunc plurimum nocet, vel si potentum sibi aliter potest, quem consilio suo seducit, & ad malum impellit. Deinde apponitur pulvis, ut suavitatis sedes, Pulvis fit de levibus penus avium, significans vanam gloriam, & favorem popularem, quibus homines delectati extolluntur. Scabellum pedibus supponitur, ne terram tangant. Tales enim nonnulli terrene actiones non faciunt, sed spirituales simulant, ut magis decipiant. Talis fuit Balasam Ariolus, qui decebat Balas Regem mirere scandalum eorum filii Israel, ad eos, & fornicari, ut dicitur Apocalypsis c. 2. Regi scilicet auctor fuit, ut mulieres Moabitides elegantis speciei in castra Israitarum immitteret cum idolis, quod illos ad fornicationem simul, & idololatram pellicerent. (Num. 24. 14. & cap. 25.)

REGULA III.

Omnis actio, vel omisso, quod vere est, vel probabiliter censetur esse occasio ruinae Proximi, speciale peccatum est, scilicet scandalum, quamvis in spirituales huiusmodi ruinam agentis intentio, & voluntas expresse non seruetur.

De scandalis.

Sufficit enim intentio virtualis, sive interpretativa ruinae proximi, ut quis scandalus reus sit: sicut qui legitime impudenter vibrans hominem occidit, reus est homicidii, etiam expressam occidendi voluntatem non habuerit, & qui in iocundo sacro fornicatur, sacrilegii reus est, quamvis de loci sacri violatione non cogitet; & qui famae alterius detrahit, vere maledicus est, quamvis expressam intentionem nocendi non habuerit. Haec s. Th. doctrina est, 2. 2. qu. 43. art. 1. in Responsione ad 4. objectionem. Dicitur (inquit) vel factum alterius potest esse alteri causa peccandi per se, quando aliquis suo malo verbo, vel facto intendit alium ad peccandum inducere, vel etiam si ipse hoc non intendat.

ipsum factum est tale, quod de sui ratione habet, quod sit inducivum ad peccandum: puta, cum aliquis publice facit peccatum, vel quod habet similitudinem peccati. Et tunc ille, qui huiusmodi actum facit, proprie dat occasionem ruinae. Atque hic sensus est verborum eiusdem Angelici Doctoris art. 3. ubi scandalum per accidens esse dicit, adeoque non esse speciale peccatum. Quando est praeter intentionem agentis, ut puta cum aliquis factu suo, vel verbo iudicando non intendit alteri dare occasionem ruinae, sed solum sua satisfacere voluntatis per se autem esse activum scandalum, quando aliquis suo iudicando dicit, vel facto intendit alium trahere ad peccandum: sicque speciale peccatum esse. Intelligendus est (inquam) de intentione sive expressa, quasi ex fine operantis, sive interpretativa duntaxat ex natura operis. Idque verba sequentia confirmant. Itaque (inquit) sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium, propter speciale nocumentum proximi, quod intenditur: ita etiam scandalum est speciale peccatum, propter hoc, quod intenditur speciale proximi nocumentum. Quis vero negaverit, furtum, & homicidium esse specialia peccata, quamvis expressam intentionem non habeant, & homicidia corporale dampnum inferendi proximo, sed cupiditati duntaxat luxu fatiscendi? quomvis igitur abie expressa, & formalis intentio inferendi spirituale dampnum proximo, de ipsum impellendi in peccatum, nihilominus speciale delictum est, modo adie intentione virtualis, & interpretativa, ex natura & circumstantiis operis aestimanda.

Hanc Regulam confirmat s. Antonin. p. 2. tit. 7. c. 4. ubi ait, quod si mulier perpendens, vel avaritiam ex signis aliquem trahi ad concupiscentiam sui extra Matrimonium, asserens se indifferenter aspectu illius, non intendens illum inducere ad concupiscentiam suam, sed nec etiam de hoc curari, sed volens satisfacere voluntati suae, seu levitatis in discurrando per loca, vel morando ad ostium domus, vel fenestras, ex quadam curiositate, vel vanitate, ut laudetur de pulchritudine, mortale est. Secus autem si hoc non affirmaret, vel non bene posset illa dimittere, ut quia oportet ire ad Ecclesiam, vel alia loca, & aliquando cum viciis morari in via, ne reddat se alius onerosum, & de ea re displicentiam habeat. Similiter cum quis habet nimiam familiaritatem cum aliqua persona suspecta, & sentit homines scandalizari, refugia de eis iudicando, & loquendo, nec vult dimittere, non curans, quod alii scandalizentur, quamvis non intendat aliquid nefarium, nec illos scandalizare, cum non subsit causa necessaria illius familiaritatis, peccat mortaliter dando occasum nonnulli ruinae. Et de hoc intelligitur illud Marc. 18. Vae illi, per quem scandalum venit. Vae autem impiorum damnationem aeternam & figurat dicit, venit, quasi dicat, etiam si hoc non videretur, scilicet scandalizare, tamen eas opus tale est, quod inde venit scandalum. O quam hoc quis habet peccatum in mundo abundans, & nullam sibi viam tenet facere conscientiam? Ornatu mulierum tam unus, tripudiat, & causus, quid est nisi magnum scandalum, & laqueus animarum? Ecce mulier (inquit Salomon Prov. 7. in habitu ornata meretricio ad capendas animas. Quasi dicat, operatur ille ornatus ad scandalum, & captivum animas peccato luxuria. Verba, & Georgius Leviticus plena, quod dicitur quatuordecim invicem ex loquuntur, vel solam, quid loqui nisi magnum scandalum sibi, & aliis audientibus? Cortampant enim bonos mores colloqui mala, (ait Apoll. 1. Cor. 15.) Contumelia, detractiones, derisiones, susurraciones, contumeliones, & perturbaciones, generant nique magnum scandalum alii. Eccle. 32. Superbus, & maledicus scandalizabit, scilicet alios. Blasphemia, perjurium, maledictiones, fraudes, non audire Divina, & non sumere Sacramenta, quae vident filii in parentibus suis, quid sunt nisi magnum scandalum vis, ut similia desunt operatur? Mala via manifesta Reborum, & Pravae Ecclesiae, ambrosia, avaritia, simonia, pompa vestium, exquisita spala, speciosae luxuriae, nonne magnum scandalum totius Populi Christiani. Unde Dominus Malachia 2. Scandalizabit plurimos in Lege, scilicet propter exempla mala via vestra.

REGULA IV.

Facere alius id, quod speciem mali pra se fert, scandali peccatum est, quod nulla subest ad faciendum ratio legitima, praesentibus, quoad fieri potest, manifestata.

Haec Regula nittur verbis Apostoli 1. ad Cor. 8. Videte, ne forte hoc levitia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolo recubentem: nonne conscientia ejus, cum sit infirma, adificabitur ad manducandum idola? Et peribit infirmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratre, & pervertentes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si scis scandalizate fratrem meum, non manducate carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizet. Et 1. ad Thess. 5. 22. Ab omni specie mala abstineat vos.

Eandem Regulam confirmat s. Th. 2. 2. qu. 43. art. 2. Activum scandalum, inquit, semper est peccatum in eo, qui scandalizatur, quia vel ipsum opus, quod facit, est peccatum: vel si habet

De scandalis.